Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et quasi flos rosarum in diebus veris. et quasi
lilia que sunt in transitu aque: et quasi thus
redolens in diebus estatis Gr. Juravit dns Sim
H. v. t. Dixit d. l. d. s. Videte. Magnum
est predicari vobis: Sed in illis diebus post
tribulacionem illam: sol obtenebrabitur et
luna non dabit splendorem suum. et stelle
celi erunt decidentes: et virtutes que sunt
in celis movebuntur Et tunc videbunt filium
hominis venientem in nubibus: cum vir
tute magna et gloria Et tunc mittet angelos
suos et congregabunt electos suos: a quatuor
ventis: a summo terre: usque ad summum
celi A fici autem discite parabolam Cum iam
ramus eius tener fuerit et nata fuerint
folia: cognoscitis quia in primo sit in estatis
Sic et vos cum videritis hec fieri scitote quia in primo sit in estatis
Amen dico vobis: quia non transibit gene
racio hec donec omnia ista fiant Celum et ter
ra transibunt: verba autem mea non transi
bunt De die autem illa vel hora nemo scit.
neque angeli in celo: neque filius nisi pater.
Videte: vigilate et orate Nescitis enim cum
tempus sit Sicut homo qui peregre profectus
reliquit domum suam: et dedit servis suis
potestatem cuique opus. et ianitori precepit
ut vigilet Vigilate ergo: nescitis enim
cum dns domus veniat. sero. an media nocte.
an gallicantu: an mane. ne cum venerit
repente invenat vos dormientes Quod
autem vobis dico omnibus dico vigilate
Off. Posuisti dne Sec. Hec munera quesumus